

Quidam uero hanc sandastron. illam sand
darefon in India nascentem, illam quoque
& loci nomen custodientem. Mali colore
aut olei uiridis, omnibus improbatam. Ex
eodem genere ardentium Lichnites appellat Lichnites
lata a lucernarum accensarum præcipua gra
tia. Nascitur circa Orthosiam totaque Caria
ac uicinis locis. Sed probatissima in indis.
Quam quidam remissiores carbunculum
esse dixerunt. Secunda bonitate similis est
lonis appellata a prælatis floribus. Et alias
inuenio differentias. Vnam que purpura
radiet. Alteram que cocco, a sole exaltes
ctas, aut digitorum attritu, paleas & char
tarum fila ad se rapere. Hoc idem & Cars
chedonius facere dicitur, quamquam multo uis
lior prædictis. Nascitur apud Nasamonas
in montibus, ut incolæ putant, imbre diuis
no. Inuenitur ad repercussum lunæ, maxime
plene. Carthaginem quondam depor
tabat. Archelaus & in Ægypto circa The
bas nasci tradidit, fragiles, uenosas, moriens
ti carboni similes. Potoria uasa & ex hoc
lapide, & ex lychnite factitata inuenio. Om
nia autem hæc genera sculpturæ cõtumac
citer resistunt, partemque cære in signo tes
nēt. E diuerso ad hæc Sarda utilissima. que
nomen cum sardonice cõmunicauit. Ipsa
gemma